

EPISTOLÆ

Gallicè literis commendatum postea ad Me misit: ut Latio donarem. Verùm eæ erant tum temporis meæ occupationes, ut, etiamsi, pro meo erga ipsū amore, gratificari ei quàm maximè vellem: translationi tamen eorum, quibus Tyrocinium suum ditârat, vacare tum neutiquam possem. Unde moræ is pertæsus, (imprimis cum responsum meum, nescio, cujus culpâ, ad ipsum non perlatum esset) & precibus Gallorum continuis adductus, Tyrocinium illud recognitum, nomine *Elementorum Artis Chymicæ*, vernaculo idiomate, typis exscribi publicis curavit: exscriptumque & mecum communicatum, ut in Latinum transferre ne gravarer, obnixè rursus à Me petiit & contendit: annexâ promissione amplissimâ de submitteendis arcanis, & experimentis, quæ à tempore discessus mei collegisset; si laborem istum non detrectarem. Quocirca
ut